

erit bñplacēs cum ex pmissa remissione incipit nobis deus dulcescere. ita vt omnia q̄ facimus solum in dei bñplacitū ordinam⁹. nihil oīno de utilitate ppria cogitātes vt dicere possimus cū aplo. ij. Cor. v. Contendimus siue absentes siue pñtes placere do. fiduciale sperātes ex his que in nobis sunt q̄ nos placeamus deo: sic em̄ ait Augu. Ille placet deo cui placet deus. Item Bernar. Qui nō placet deo nō potest illi placere deus. et cui placet deus deo displicere non potest. Tercio nostra volūtas erit pfecta cum ex cōtinuatis priorib⁹ exercitijs deus incipit habere erga nos pfectam volūtatē. hoc ē incipit habere plenam volūtatē pficiēdi vitā nrām cuius executōem in tercio mēbro psequimur. **S** Terciu⁹ principale est dicere de volūtatē nostre pfectibilitate. Plena autē et absoluta et summa pfectio nostre voluntatis cōsistit in trib⁹. s. in dei dilectōe. tēporalium abiectōe. boni p malo reddibitōne. **P**rimo dico nostra volūtas plene perficitur in dei dilectōe. hoc est cum voluntas in tātum pmouetur vt trāseat in amorē. exiens a terminis suis vt amor sit pprie et nō voluntas. et hoc est qd̄ dicit Bern. Magna ad deum et pfecta volūtas amor est. dilectio ē adhesio est. caritas est. fructus est. et subiūgit. **U**nitas autē spūs hominis cum deo volūtatē pfectio est: cum iam nō solūmō vult qd̄ deus vult. sic non tm̄ est affectus sed in affectu pfectus. vt nō possit velle nisi quod deus vult: velle autē quod deus vult. hoc ē iaz filium deo esse. **S**cdo volūtatē pfectio cōsistit in tpalium abiectōe. quod contingit cum homo in tm̄ absorbet in deo vt de tēporalib⁹ nec cogitare libeat nec hēre et hoc ē qd̄ beatus Gre. vi. cum ait. Bone voluntatis sacrificium nunq̄ plene pficitur nisi huius mūdi cupiditas pfecte deserat. nam quicqd̄ in eo cōcupiscit hoc pcul dubio p̄missis iudemus. Tercio pfectio volūtatē cōsistit in boni p malo reddibitōne. vt vicz mansuerit ad omēs p malo bonum omib⁹ exhibeam⁹. **D**e quo. i. **A**bi. v. Videte ne quis malum p malo reddat alicui. sed semp qd̄ bonū est sectam⁹ inuicē et in omēs. hoc est enim volūtas dei in xpo ihesu in omnib⁹ vobis. scim⁹

autē q̄ volūtas dñi est perfecta. De hac autem volūtatē et his trib⁹ collecta de Colo. iiij. **S**tate perfecti et pleni in omni voluntate dei. Quod nobis

XIX De eodem sermo. ij.

Castigo corpus

meū et in leuitatē redigo. et. i. Cor. ix.

Cre. ille mōis omnib⁹ dō ad exēplum viuēdi p̄trabi: qui cunctis passiōib⁹ carnis moriēs tm̄ spūaliter viuit qui p̄pera mūdi postponit. q̄ nulla aduersa p̄mescit. qui sola interna d̄siderat. qui nulla illicita perpetrat. et perpetrata ab alijs deplorat. qui ex affectu cordis alie ne infirmitati compatit. sicq̄ in bonis p̄ximis sicut in suis letat. qui se imitabilem in cūctis que agit insinuat et nichil in se hēat qd̄ erubescat. qui sic studet viuere vt primorū arēna corda fluētis doctrine valeat irrigare. et subiūgit. Ecce sedus homo pulcrū depinxit hōiem. **U**ex quia tales nūc n̄tis temporib⁹ in ecclia aut non inueniunt. vel si sūt in sua humilitate abscondunt. quia sic in p̄mitiua ecclia ad aliorū edificatōem sancti signis et prodigijs ostendebant. sic nūc mundus tantis malis plenus est vt necessario abscondant. **I**deo mō tales in exemplū ponendi sunt qui de hoc seculo trāserunt et vitā suā manifestate deo nobis in exemplū viuēdi reliquerūt. qui mortui in corpe nec d̄ laude timeāt et tamē alios per exēplū doceant. scriptum nanq̄ est. Ne laudes hōiem in vita sua. Sicut igit̄ glorus iste princeps paulus in priorū sermone seipm̄ nobis posuit in exemplum p̄fecte cōuersionis di. **I**mitatores mei estote. sic in isto sermōe se iterū nobis ponit in exemplū corpalis exercitātiōis di. **C**astigo corpus meū. **U**t autē huic mēbro omne corpale exercitium includamus. **U** Sciendū q̄ corpale exercitium in triplici d̄ta exercet. s. in bonorum operatione. malorū reluctatōe. aduersorū p̄pessione. in his trib⁹ omne corpale exercitium complectit. **D**icit ergo apostolus. castigo cor. meū ac si di. quia bona volūtas nulla est nisi p̄cedat in opus. quia bone volūtatē probatio exhibitio est operis. ideo quē admodū

in priori sermone me vobis proposui in exē-
plum perfecte puerfionis que potissimū cō-
stitit in p̄prie voluntatis abdicatiōe ⁊ diuine
voluntatis executione. sic nunc pono me vo-
bis in exemplū corporalis exercitatiōis. quia
nulla voluntas bona potest existere que cū po-
test nō curat in opus p̄cedere. nec bona pote-
rit iudicari si nō poterit ope cōprobari. **Pri-**
mo ergo de bonoz opatione. p̄sequētes dici-
mus q̄ opa nostra ad hoc vt grata a dño ac-
ceptentur triplicē debent habere decore. **De-**
bent em̄ esse fidelia. vtilia ⁊ difficilia. **Fidel-**
ia deo. vtilia primo. difficilia nobis. in qui-
bus decorata gratissima erūt deo. **Primo** ḡ
opa nostra debent esse fidelia: vt in oibus q̄
agimus. nō qd̄ nobis vtile est sed dei glām
⁊ eius beneplacitū inquiramus dicētes cū
ps̄. Non nobis dñe non nobis. **Qd̄** valde
p̄gū est ⁊ om̄io debetur deo nō. quippe q̄
om̄ia que in celo et i terra opatus est fm̄ de-
um ⁊ hominem: nō sibi opat⁹ est sed misericor-
diter oia nobis. dicente ap̄lo. i. **Corinth. iij.**
Om̄ia vestra sunt siue paulus siue apollo
siue cephas siue mūdus siue vita siue mors
siue p̄ntia siue futura: om̄ia vestra sunt. vos
autē xp̄i. xp̄us autē dei. **Hanc** fidelitatem ex
medullis cordiū amplectētes vicissitudinē
et rependamus: vt sicut ip̄e p̄ nobis om̄ia
opa sua facit. sic ⁊ nos viceuersa p̄pter eum
om̄ia opa nostra faciamus: sūme cauētes
ne aliquid faciam⁹. qd̄ teste p̄sciētia nō pos-
sit in eius obsequiū ordinari. ne ex hoc n̄m
obsequiū fiat infidèle. **De** his fidelib⁹ dici-
tur in ps̄. **Oculi** mei ad fideles terre vt se r̄
q̄ sicut dicit p̄uer. xij. **Qui** fideliter agunt
placent deo. ⁊ merito. q̄ sicut dicit **Eccle. vi**
Amico fideli nulla est cōpatio: ⁊ nō est di-
gna ponderatio auri ⁊ argenti circa bonita-
tem fidei illi⁹. **Qui** tanto sunt acceptabilio-
res q̄ pro pauciores. nā in aliq̄ virtutib⁹ sal-
tem aliqui: sed vere fideles pauci inueniun-
tur. sicut dicit p̄uer. xi. **Multi** sunt miseri-
cordes. virtū autē fidelez quis inueniet? **Le-**
m̄ perdere q̄si nō sis. factus tibi tanq̄ vas
perditū: ⁊ om̄io obliuioi tradit⁹ tanq̄ mor-
tū? a corde soli deo in oibus intēdas. hoc
em̄ om̄ib⁹ virtutib⁹ mirabili⁹ iudico. ⁊ iō
pauci sunt qui taliter sint fideles. qd̄ insinu-

abat dñs **Lu. xij.** dicens. **Quis** putas est fi-
delis suus ⁊ prudens que constituit dñs r̄
Paulus tñ hoc bonuz habuit qui. i. **Abi. i.**
dicit. **Gratias** ago deo qui me cōfortauit in
xp̄o iesu. q̄ fidelem me existimauit ponens
in ministerio suo. **¶** **Secūdo** opa nostra
debent esse primis n̄is vtilia: vt vel per do-
ctrinā informētur: vel per bonoz op̄ez exem-
pla edificentur. q̄ tunc opa nostra simpla
tanto multiplicant⁹ quāto plures ex eis edi-
ficantur. **Si** em̄ ex mandato primos n̄os
tenemur diligere vt nosmetip̄os. **Cur** non
intendimus saluti eoz sicut nobis. **Sint** er-
go opa n̄ra vtilia eis ⁊ nobis: vt nobis me-
rita cumulemus ⁊ primos edificem⁹. qd̄ re-
uera fecit ap̄ls. i. **Corinth. ix.** dicens. **Ego** sic
pugno r̄c. **Ad** hec vtilia opera hortatur nos
ap̄ls tam in scriptura q̄ in suiip̄ius exēpla-
ri figura. **In** scriptura cum dicit **Rom. xv.**
Cuiuslib⁹ vestri proximo suo placeat in
bonum ad edificationē. etenim nō xp̄us sibi
placuit: sed sicut scriptū est improp̄eria ex-
probantiū n̄bi ceciderūt sup̄ me. ⁊ itez **Co-**
rin. x. **Nemo** qd̄ suū est querat: sed qd̄ alteri
us. **Doc̄im** ostendit in exemplari figura-
hoc est in semetip̄o cū. i. **Corin. x. di.** **Omni-**
bus per om̄ia placeo. nō q̄rens qd̄ mihi vri-
le est sed qd̄ multis. **Tertio** opera nostra de-
bent esse difficilia vt ex hoc corā deo n̄ affe-
ctus ⁊ deuotio cōprobetur. **Nā** debilia ⁊ in-
firma opera deo nauseam puocant ⁊ nostra
in eis apparet tepiditas. aqua nos excutere
dñs desiderat cū per **Esa. xxxv.** dicens. **Con-**
fortate man⁹ dissolutas ⁊ genua debilia ro-
borete. dicite pusillanimes p̄fortamini. ⁊ a-
plius **Hebre. xij.** **Curramus** ad p̄positū no-
bis certamē aspicientes in auctore fidei r̄c.
⁊ subiūgit. **Recogitate** eū qui talē sustinuit
a peccatorib⁹ aduersum se p̄tradictionez: vt
nō fatigemini animis vestris deficiētes. nō-
dum em̄ vsq̄ ad sanguinē restinistis aduer-
sus peccatū pugnātes. qui dñs iesus p̄pter
passionis difficultatez in agonia proluxius
orans q̄si guttas sanguis sudauit. et ad hoc
ydoneū exemplar taliter agētes non impro-
peret nobis dñs illud **Diere. xlvij.** **Nec** iu-
sta qd̄ poterat conatus est facere. **¶** **Si** dire-
rimus illud **Prover. iij.** **Cires** n̄ inpetūt

Respondetur qd̄ ibidem subditur. Qui in
 spector est cordis ip̄e intelligit: et obseruato-
 rem ante tue nihil fallit: q̄ si corpus asuetū
 delictis recalcitret et remurmuret: tu age p̄
 temēpo. et sicut dicit eccle. xliij. Seruo pel-
 lino latera sanguinare. De his tribus cōdi-
 tionibz operū seip̄m ponit apl̄s in exemplū
 dicens ad Thesla. Ipsi scitis fr̄es quō vos
 oporteat imitari: neqz enim panem gratis
 manducauimz: sed in labore et fatigatiōe no-
 cte et die fuimus opantes: vt nosmetip̄os
 formā daremus vobis. ¶ **S**c̄do cor-
 poralis exercitatio habet fieri in maloz relu-
 ctatione: in qua iterū paulus seip̄m nobis
 p̄ponit in exemplū volens vt ip̄m in hoc imi-
 temur. sic em̄ dicit Gal. iij. Continuo nō ac-
 quieui carni et sanguini. Hoc autē mem-
 brū sicut et primū itēz in triplici differentia
 exercetur s̄m q̄ a tribz hostibus crudelissi-
 me impugnamur: scz a carne mūdo dyabo-
 lo: quibz in labore et sudore est fortissime resi-
 stendū. dicentes singulis cū nos impugna-
 uerint illud Cañ. v. Laui pedes meos. quō
 iterū coinquinabo eos: Quā h̄is tribus
 sit viriliter resistendū: p̄z per singla disc̄r-
 renti. Nā de carnis impugnatōe dicit Ro.
 viij. Si s̄m carnē vixeris moriemini. De
 sc̄do hoste mundo vicz dicitur Josue xxiij.
 Si volueritis h̄az gentiū adherere errori-
 bus et cū eis miscere cōnubia atqz amicitia-
 as copulare. iam nūc scitote q̄ dñs deus vs-
 ter nō eas deleat: sed erūt vobis in foueam
 et in laqueū ac in offendiculū ex latere v̄ro et
 sudēs in oculis vestris donec vos disperdat
 De tertio hoste dyabolo vicz dicit. i. Pe. v.
 Fratres sobrii estote: vsqz. cui resistite for-
 tes in fide. De his tribus generaliter dicit
 Mat̄h. Non esto p̄sentens aduersario tuo
 dum es in via cū eo. De his tribz hostibus
 in speciali dicit Bern. Tres hostes habemz
 precipuos et precipiū persuadentes scz car-
 nem mundū et dyabolū. Ex quibz duo et si
 aliqui intermiserūt: nunqz tñ penitus dimit-
 tunt. Tertius autē id est dyabolus ita inero-
 tabili odio aduersum nos cōiurauit: vt nū-
 q̄ ab eo inducias ad momentū vel ad ictuz
 oculi obrinere valeamus: sed mille nocēdi
 artibz corda h̄oim temptare nō cessat. His

tribus hostibz viriliter paulus resistit: quē
 pro n̄is viribz sequamur. di. ad Gal. Qui
 christi sūt carnē suā crucifixerūt. et. de sc̄do
 i. Corint. Qui vtūtur hoc seculo sint tanqz
 nō vtant: et ad Ro. xij. Nolite p̄formari hu-
 ic seculo. de tertio dicit ad Eph. vi. Indui-
 te vos armaturā dei: vt possitis stare aduer-
 sum insidias dyaboli. ¶ **T**ertio corpa-
 lis exercitatio agit in aduersoz perpeffione
 per quā om̄es exercent qui deo placere cupi-
 unt in hac vita. iuxta illud Eccle. ij. Fili ac-
 cedens ad fuiturē dei sta in timore et prepa-
 ra aīam tuā ad temptatiōē. cui p̄sonat efa.
 lix. Qui recessit a malo p̄de patuit. quia si-
 cur Judic. xij. dicit omnes qui placuerūt
 deo p̄ multas tribulationes fideles transie-
 runt. hinc angelus dixit ad thobā: quia ac-
 ceptus eras deo necesse fuit vt temptatio p̄-
 baret te. ideo dñs de paulo dixit Actu. viij.
 qz vas electionis est mihi iste: ego ostendaz
 ei q̄nta oporteat eū pati p̄ noīe meo. Et q̄re
 hec omnia: Quia sicut ibidē dicitur xij.
 per multas tribulatiōes oportet nos intra-
 re in regnum dei: et ideo vt in eodem regno
 gloriofius apareamus. om̄es tanqz filij fla-
 gellamur. qd̄ cum ita sit. Sciendū q̄ casti-
 gationes s̄m diuersitaiē statuz electis dei
 inferuntur. iuxta illud Mat. xxv. Dedit vni-
 cuiqz s̄m p̄p̄riā virtutē. vñ aliter incipientes
 aliter p̄ficiētes. aliter vero p̄fecti tribulati-
 onibz exercentur. Et est ratio. Cū em̄ s̄m gre-
 goriū electoz sit bona facere et mala perpen-
 et bona nostra sint vilia et penitus q̄si nulla
 oportet vt mala sufferant: vt qd̄ min⁹ est in
 opibus: passionibz suppleat. Cū ergo pau-
 lus statū p̄fectiōis tenens nūc in passionibz
 sicut prius in actionibz se prebeat in exem-
 plum: expedit vt tales passiones hic ponan-
 tur: que p̄fectiōi statui cōgruere videantur
 ¶ **Q**ue videlicet passioēs in triplici dif-
 ferentia p̄tinent. Quicūqz em̄ ad exemplū
 pauli citra p̄fectiōis statuz misericorditer
 suur. p̄moti triplicē s̄stinent passiones. La-
 stigantur em̄ ex p̄p̄rie vite insufficiētia. mū-
 di displicētia et dei absētia. Primo dico
 castigant grauius ex p̄p̄rie vite insufficiē-
 tia. Cū enim ad placendū deo tam vehemē-
 ti desiderio inardescant: vt q̄ntūcūqz bona

faciant respectu eorum que desiderant se effici
 mentem? nil fecisse. euanescent oia que faci
 unt respectu eorum que facerentur. Et hec e
 populi causa propter quam omnes sancti se iudicant
 inuicem et penitus nihil esse: qui solas negli
 gentias suas graues reputant: et bona que faci
 unt nihil curant. **Hic paulus** stetit estimo
 cum dicebat **Phil. ij.** Ne retro sunt obliu
 ad ea que sunt priora me extendo. hic iacobus
 fuisse reor cum in canonica sua. **ij.** dicit. Que
 est enim uita nostra uapor ad modicum patens. de
 his et similibus dicit ps. Pro nihilo saluos
 facies illos. ac si dicat. Qui pro nimio deside
 rio nihil se facere reputat: imo seipos nihil
 esse iudicant. hi tales pro suo beato nihil secu
 rissime saluant. **Secundo** affliguntur ex mundi
 duplicentia. quanto enim amplius apud deum
 proficiunt: tanto magis mundus et omnia que
 in eo sunt abominabilis erit eis. **Hic paulus**
 fient veraciter cum dicit **Gal. vi.** Sibi mun
 dus crucifixus est et ego mundo. **B**
Quod ad huc in figura que in scriptura eui
 uenter ostenditur. In figura **Ezech. i.** cum dicit
 Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu et ro
 te pariter leuabant sequentes eum. Quid
 per spiritum nisi spiritualis uita. et quid per rotas
 nisi tribulatio accipit: que uita spiritalem se
 quuntur siue deficiat siue crescat. **Idem** ostendit
 dicitur per scripturam. **Dicit enim Gregorius.** Quanto
 quisque altius profecerit: tanto in hoc mundo
 inuenit quod durius portat. quia cum a presentia se
 culo mentis nostre delectatio deficit: eius de
 seculi aduersitas crescit. **Tertio** castigatur
 et de absentia. quanto enim amplius ex dei pre
 sentia delectantur: tanto eius absentia cruciat
 ur. **Hinc per Osee. ij.** dicit deus. Ue eis cum
 recessero ab eis. de quo et dicit **Bernardus.** Ani
 ma que semel a domino accepit intrare ad semet
 ipsam: in intimis suis dei presentiam suspira
 re. nescio an uel ipsam iherosolimam experiri ad
 tempus horribilius penalius uel ducat: que post
 spiritualis studij huius gustata semel suauitate
 cito remouit ad illecebras et molestias car
 nis. De his tribus corporalibus exercitiis scilicet
 bonorum operatione. malorum reluctatione. aduer
 sari persequutione gloriarum apostoli. **ij.** **Corin. xi.** di
 cens. In laboribus plurimis. in carceribus
 abundantius. in plagis supermodum. in mor

tribus frequenter etc. que longo sermone pro
 sequitur. que nos miseri culices uix audire
 possumus nominare etc.

XX. De eodem sermo tertius.

Flecto genua
 mea ad patrem domini nostri iesu
 ex quo omnis paternitas in ce
 lo et in terra nominatur. ut det
 uobis secundum diuitias glorie sue uirtute corro
 borari per spiritum eius in interiori homine. **Eph. ij.**
Dicit Bernardus. Quotumlibet te afflictes
 quotumlibet te crucies. non dabit tibi copiam sui
 qui dominus uirtutum dicitur. nisi fueris uirtutibus
 adornatus. ac si ambo dicant. **Priora** exerci
 tia nihil valent nisi uirtutibus adiuuentur et
 hoc est quod alibi ait apostolus. Corporalis exercita
 tio ad modicum utilis est. pietas uero ad oia
 ualet. que uidelicet pietas consistit in interiori
 uirtutibus. id horando orat apostolus et ora
 do horat ut predictis exercitiis uirtutes ad
 iungantur: eo quod priora nullatenus acceptentur
 nisi uirtutibus adornentur. quia sicut anima est pre
 stantior corpore. sic bona anime sunt corporalibus
 meliora. **Dicit ergo** flecto genua mea. ac si
 dicat. Quia omnis gloria regis abintus: ordo ad
 deum ut secundum diuitias glorie sue bonis corporalibus
 (de quibus in prioribus dictum est) bona spi
 ritualia que sunt uirtutes anime supradat. **Et**
licet paulus qui nobis ad imitandum ponit
 in exemplum uirtutibus omnibus abundaret. de
 tribus tamen eius uirtutibus scilicet caritate. humili
 tate et benignitate. que excellenter habuit dif
 feremus que in eius uita tanquam gemme in au
 ro gloriose refulgebant. **Nam** de sua ca
 ritate ipse de se dicit ad **1. Thim. iij.** Quis nos
 separabit a caritate christi. tribulatio et angus
 tia. an fames. an nuditas. an periculum. an
 gladius. et subiungit. **Certus enim** sum quod
 neque mors neque uita neque angeli neque prin
 cipatus neque uirtutes neque instantia neque
 futura neque fortitudo neque altitudo neque pro
 fundum neque creatura alia poterit nos sepa
 rare a caritate dei que est in christo iesu. **De**
 quo uerbo dicit **augustinus.** **Nimis** dolendum
 est quod cum apostoli nec horribilibus tormētis a
 caritate dei poterunt separari. nos interdum